Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

her aperuit panem
et ita intrare in gloriam
suam. Et incipiens
a moyse et omnibus p-
phetis interpretabat
ipsis in omnibus scrip-
turis que de ipso erat
Et appropinquaverunt
castello quo ibant. et
ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt il-
lum dicentes. Mane
nobiscum qui advesp-
perascit et inclinata
est iam dies. Et intra-
vit cum illis. Et factum
est dum recumberet
cum illis accepit panem
benedixit ac fregit et
porigebat illis. Et a-
perti sunt oculi eorum et
cognoverunt eum et ipse
evanuit a oculis eorum
Et dixerunt ad invicem
Nonne cor nostrum ardens
erat in nobis dum
loqueretur nobis in
via et aperiret nobis
scripturas. Et surgen-
tes eadem hora in gressi
sunt in ierusalem et in ve-
nerunt congregatos
undecim discipulos et
eos qui cum ipsis erant
dicentes quia surrexit
dominus vere et apparuit
simoni. Et ipsi narra-
bant que gesta erant